CANCELL.*
MARTIS B.*.*
1718.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0001-5

V. L. i. 76.
28.
D. I. 67
XXVIII 9. a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0002-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0003-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0004-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0005-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0006-3

I. Tentzel de Probationibus et diversis probandi
II. Wichmannshausen de Perjurio judiciali.
III. Werner de juramento haeredum.
IV. Amsel unus testis nullus testis.
V. Bodini de licito usu et gravissimo abusu juramenti
VI. Wolfter de Probat. quae fit p. test:
VII. S. Stryk de Probat: contra praestitum juramentum legale.
VIII. Joh: S. Stryk de Concursu juramentorum.
IX. S. Stryk de Prob: Sem: Pl:
X. S. Stryk de morte loco jurisjurandi.
XI. Schneider de testimonio Principis.
XII. Engelbr: de Instrum: indiscret.
XIII. de Dolo praesumpto in rebus per se licitis.
XIV. Römer de Collis: Probat:
XV. Ej. de Collis: Praesumpt.
XVI. Meier de Test: Privileg.
XVII. Beck de Probat. p. testes de auditu alieno deponentes
XVIII. Mat. Müller de teste Clerico.
XIX. Beier de Probanda voluntate tacita et dubia.
XX. Dreher de Comparat. literar.
XXI. Wachter de Interrogatoriis eorumque usu.
XXII. Willenberg de jure credulitatis.
XXIII. Schroeter de testium minus idoneorum habilitate.
XXIV. Hilliger de jure et modis testem renitentem legitime c.
XXV. Bock de Perjurii occasione praescindenda.
XXVI. J. S. Stryk de casibus juramentum suppletorium respuentib.
XXVII. Philippi de demonstratione.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0008-4

3

Q. D. B. V.

DISPVTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

*DE*

# IVRAMENTO HÆREDVM,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

*SERENISSIMO PRINCIPE REGIO,*

**DN. FRIDERICO AVGVSTO,**

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAX. HEREDE ETC. ETC.

*PRÆSIDE*

**IO. BALTHAS. WERNHERO, D.**

PANDECTAR. P. P. CVRIÆ PROVINC. CONSISTORII ECCLESIASTICI, SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICÆ ASSESSORE, EIVSDEMQVE h. t. DECANO,

**PRO DIGNITATE DOCTORALI**

IN VTROQVE IVRE CAPESSENDA,

*AD D. XXII. FEBR. M DCC XII.*

PVBLICE VENTILANDAM PROPONET

**IOH. FRIEDERICVS LAMPE, Lipſ.**

*IN AVDITORIO MAIORI*

H. L. Q. C.

---

*VITEMBERGÆ*, PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0009-3

SERENISSIMO. PRINCIPI.
AC. DOMINO.

DOMINO.

# ANTONIO. EGONI.

S. R. J.

# PRINCIPI.

# DE. FVRSTEMBERG.

S. MONTIS. ET. WERDENBERGAE.
COMITI. LANDGRAVIO. IN. BAAR.
DYNASTAE. IN. HAVSEN. TRACHTELFIN-
GEN. GANGENAV. DONAVESCHINGEN.
WEHRWAG. WEITRAV. ETC.

SER. ET. POTENTISS. SARMATA-
RVM. REGIS. ET. SAXONIAE. ELECTORIS.
GVBERNATORI. IN. SAXONIA.
SVMMO.

PRINCIPI. AC. DOMINO. MEO.
CLEMENTISSIMO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0011-0

# SERENISSIME
# PRINCEPS,
# DOMINE CLEMENTISSIME.

NOn uno Academia mea patria documento experta eſt, qui, præter congenitam illam TIBI, SERENISSIME PRINCEPS, res publicas prudenter, fortiter & feliciter adminiſtrandi facultatem, amor in literas cultiores gratioſus, quæve Clementia in ſtudia, rei publicæ proficua benignior SERENITATI TUÆ inſit. Quæ virtus excelſa quum omnium, quibus SERENITATEM TUAM intimius pernoſcendi felicitas obtigit, ore concelebretur: id, ſupplex oro, PRINCEPS SERENISSIME, mihi per virtu-

virtutem illam TUAM indulge, ut ad TE, TUAMQUE gratiam, velut ad anchoram ſacram, cum litteris, quas colo, meis confugere, meæque Diſſertationi Inaugurali tutelam & præſidium contra lividos omnes certiſſimum quærere penes TE mihi itidem liceat; Cujus felicitatis ſi compos factus fuero, eo annitar, ut tum devotiſſimo voto pro felicitatis TUÆ eminentioris augmento & perennitate, tum veneratione demiſſa, eum SERENITATI TUÆ cultum teſter, quem tanto litterarum Statori, tamque ſagaciſſimo rerum Publicarum Gubernatori, maximi & infimi omnes debent.

*SERENITATI TUAE*

Subjectiſſimus devotiſſimusque

Cliens & Cultor

JO. FRIED. LAMPE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0013-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0014-7

# DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS
## *DE*
# JURAMENTO HÆREDUM.

§. I.

Vulgo equidem Juramentum remedium & modus probandi ſaltem ſubſidiarius appellari conſvevit, attamen depravatis ſeculi noſtri moribus, & creſcente indies hominum malitia nil frequentius in foro eſſe ſolet, quam quod in re quandoque etiam minima juramenti delationes a partibus adhibeantur, ex qua incauta & frequenti juratione plusquam vice ſimplici generantur perjuria. *Cap. XXVI. X. de jure jur.* Quin quoque ipſi Judices in imponendo Jurejurando Purgatorio nimis faciles atque proclives, ſæpius nullam aliam ob cauſam, quam ut ex ejus recuſatione mulctam pecuniariam, quæ nonnunquam quantitatem unius alteriusve Sexagenæ antiquæ vix attingit, vel ejus præſtatione ad niminum ſportulas ſumtusque proceſſus ſperare exigereque queant *conf.* DN. TITIUM *in Jur. privat. Rom. Germ. Lib. 2. Cap. 15. §. 48.* Interim a juramentorum nimio



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0015-2

nimio abuſu ad eorundem plenariam abrogationem validum vix ducitur argumentum, cum ſit optimum expediendarum litium remedium, *L. 1. ff. de jurejur.* & ſi tres Comites, juſtitiam puto, judicium & veritatem habet, ſpecies eſt religionis & cultus divini, mediante quo veritas & fides confirmatur & roboratur, JEREM. SETSER. *de Juram. Lib. 1. Cap. 1. n. 9. & 10.* Præſertim de Chriſtianis optima capienda præſumtio, quod mortis imprimis contemplatione ducti, non facile ad perjuria & ad excitandam Divini Numinis vindictam ſe prolabi patiantur. Ex quo eſt, quod Mors illius, qui ſe legitimo modo & tempore ad jurandum obtulit, loco jurisjurandi habeatur, B. CARPZ. *p. 2. Conſt. 16. d. 9. n. 4.* qua de materia extat Diſput. Inaugural. M. JOHANNIS FRIDEMANNI SCHNEIDERI, quam moderante B. STRYKIO, Hal. An. 1703. ventilandam ſuſcepit adeo, ut nec Defuncti hæredes juramento onerandi ſint. Cum vero præſumtiones illæ valde ſint vacillantes, nec omnis moriens credatur eſſe Johannes Evangeliſta, & uſus fori modernus ab antiquo Romano diverſus plane exiſtat, hinc an & quousque hæres poſt fata ſui anteceſſoris gravandus ſit jurejurando, loco ſpeciminis Inauguralis, favente ſummo Numine, paulo accuratius inquirere conſtitui.

§. II.

De Jure civili omni dubio caret, quod hæredi vel alii ſucceſſori de facto alieno, puta Defuncti vel alterius prædeceſſoris juramentum deferri non potuerit. *L. 11. §. 2. ff. rer. amot. L. 4. ff. d. in lit. jur. L. 34. §. 3. ff. de jurejur.* Cum hæres juſtam & probabilem rerum a Defuncto geſtarum ignorantiam habere credatur, *L. 12. C. de Jurejur. L. 42. ff. d. Reg. Jur.* MATH. BERLICH. *part. 1. concl. 55. n. 1. ſeqq.* Sed pars adverſa intentionem ſuam probare tenebatur. PETR. FRID. MINDAU *Conſ. Sax. Lib. 4. qu. 86.* Id

circo

circo nec hæres ejus, qui quæve amoviſſe dicebatur ad jurandum adigi poterat *d. L. 11. §. 2. ff. rer. amot.* Quia iniquum ab Ulpiano reputatur de facto alieno jurare. BRUNNEM. *ad h. l.* Olim Collegia Saxonica in diverſas partes abiiſſe, luculenter ſatis apparet ex Conſt. Elect. XXIV. part. I. Ibidem tamen, rejecta priori opinione, actori probationem injungens Sereniſſimus legislator ſancivit, ut ubi ſententia de præſtando Juramento vivo quopiam prolata, & is qui jurare debuit interea temporis decedat, & juramentum expreſſe ſine cauſa in actis aut alias non recuſaverit, juramentum credulitatis quoad hæredes (quorum denominatione intelliguntur non ſolum liberi ſuique heredes, ſed etiam extranei atque collaterales, breviter omnes, qui vel ab inteſtato ſuccedunt, vel per ultimam voluntatem ad ſucceſſionem vocantur. CARPZ. *p. 3. Conſt. 26. d. 12. n. 4.*) locum habere debeat verbis ſequentibus: Wenn das Urthel des Eydes bey Leben des Parths geſprochen / er den Terminum bey ſeinem Leben nicht verflieſſen laſſen / und ſich des Eydes expreſſe ſine cauſa in actis oder ſonſten nicht geweigert / daß alsdenn juramentum credulitatis in hæredibus ſtatt haben / und auch alſo darauf geſprochen werden ſoll.

## §. III.

Tria igitur conjunctim ad hoc, ut hæredibus juramentum credulitatis injungi queat, in hac Sanctione Electorali requiruntur 1.) Ut ſententia, de juramento præſtando, vivo adhuc eo, qui jurare juſſus, lata aut publicata. 2.) Ut is, qui jurare debebat, Terminum elabi non fuerit paſſus. 3.) Ut juramentum juſta ex cauſa non recuſaverit. BERLICH *ad dict. Conſt. Concl. 55. n. 25. ſeqq.* B. CARPZ. *ad eand. def. 2. n. 6. & in Proceſſ. Tit. XI. art. 6. §. IV. n. 31.*

## §. IV.

Et quidem ratio, quare publicatio ſententiæ prærequiratur,

tur, hæc dari poteſt, quod pro defuncto, qui juramentum per ſententiam ſibi injunctum non recuſavit, nec Terminum elabi paſſus, fortis militet præſumtio, quod rite ſe fuiſſet oblaturus, adeoque juſte juraturus, hinc ſi in cauſa ſaltem concluſum, aut acta ad ferendam ſententiam ad Collegium prudentum transmiſſa, & interea temporis reus naturæ debitum perſolvat, fruſtra exigeretur juramentum ab hærede, intellige, ſi facta libelli conſcientiæ ſaltem defuncti commiſſa, wann es bloß in ſein Chriſtlich Gewiſſen geſtellet / CARPZ. *ad dict. Conſt. d. 3.* Nam ſi inſimul ſcientiæ & notitiæ, Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt/ commiſſa, *Id def. 4.* DAN. MOLLER. *ad dict. Conſt. n. 13.* aliter ſe res habet, cum de facto alieno quilibet, adeoque & hæres ſuam ſcientiam atque notitiam jurato aperire obſtrictus ſit. BERLICH. *d. Concil. 55. n. 18. ſeq.* JO. PHILIPP. *ad Ord. Proc. Tit. XIIX. Conſidera. 2.* Quam quidem differentiam Jus Romanum ignorat, ex Jure tamen Germanico & uſu fori approbata. B. SCHILT. *Excert. ad ff. XXIII. th. 18.* Idem dicendum, ſi juramentum relatum CARPZ. *d. Conſt. d. 6.* aut pendente appellatione vel Leuteratione mors ſequatur. *Id Def. 5.* BERLICH. *concl. 55. n. 45.* SVEND. ad FIBIG. *p. m. 1380.* DN. MART. *ad Tit. XIIX. Ord. Proc. §. 1. n. 60. ſeqq.* qui harmoniam ordinationum diverſorum judiciorum commemorat.

§. V.

Eadem Diſtinctio ratione conſcientiæ & notitiæ etiam quoad relationem juramenti locum ſibi vindicat, ſiquidem in factis Defuncti propriis referre nequeunt hæredes juramentum. CARPZ. *d. Conſt. def. 10.* BERLICH. *d. Concl. 55. n. 51.* E contra in alienis & communibus, ſi notitiæ & ſcientiæ defuncti ſimul commiſſa, relatio ipſis non erit denegenda, ſiquidem hac in parte non deterioris eſſe debent

condi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0018-9

conditionis, quam defunctus, cui integrum erat, relatione uti. B. SVEND. ad FIB. *p. m.* 1384. DN. MARTIN. *ad Tit. XIIX. Ord. Proc.* §. *IIX. n.* 37. Similiter ceſſat relatio in Purgatorio. CARPZ. *p.* 1. *Conſt.* 14. *Def.* 7. ut & diffesſionis juramento *def.* 9. nec non in juramento, quod hæres ob non confectum Inventarium præſtare tenetur *def.* 8. Specialem Caſum hic annotat B. SCHILTER. *Exerc. ad ff. XXIII.* §. 15. de vidua, quæ ventris nomine & ſub prætextu, ſe eſſe prægnantem, contra hæredem inſtitutum petierat bonorum poſſesſionem, ubi hæres id negans, viduæ Jusjurandum, ut jurato ſe talem, nempe prægnantem, eſſe aſſereret, detulerat, hæc vero referre intendebat Juramentum ſibi delatum, ſed relationem pro inadmisſibili declarat, inſimulque §. *ſubſequenti* 17. Cautelam hæredi ſuppeditat, ut in ejusmodi caſu ad excludendam relationem ſoli mulieris conſcientiæ committat.

## §. VI.

Quodſi defunctus probationem pro exoneranda conſcientia in ſententia ſibi reſervatam ſuſceperit, intra fatale definitum obtulerit articulos probatoriales, pendente vero probatione decedat, hæredes reaſſumendo litem & proceſſum continuando vel ſtatim declarare poterunt, quod juramentum Credulitatis velint jurare, adeoque renunciare juſto tempore probationi CARPZ. *p.* 3. *Conſt.* 14. *def.* 17. *n.* 3. vel pergere in probatione electa, & licet poſtmodum ſuccumbant, & probatio pro inſufficienti ad declinandum juramentum habeatur, ipſis perinde ac defuncto vel expreſſe vel tacite reſervatus regreſſus datur ad Juramentum. MINDAN. *Conſ. Saxon. Lib.* 4. *qu.* 87. CARPZ. *ad d. Conſt.* 24. *def.* 7. Cum non dici queat, recuſaſſe defunctum juramentum, quod ſaltem declinare intendebat. CARPZ. *proc. Tit. XI. art.* 6. §. 6. *n.* 44. *ſeqq.* Opus tamen eſt, ut poſtmodum ad jurandum

intra fatale ſeſe offerant, quæ tamen oblatio nomine collectivo facta ſufficit, nec requiritur, ut quilibet hæres ſuum nomen ſubſcribat. *Excell.* DN. RIVIN. *Tit. XIIX. En. 75.* & quidem non aliter jurant, quam de credulitate. *Ord. Proc. Sax. Tit. XIX.* §. Wann nun einer / verbis ſequentibus, würde ſich auch einer in den Fällen / da der Beweiß ad evitandum juramentum zuläßlich / deſſelben anmaſſen / Articul übergeben / pendente probatione verſterben / und die Erben litem reaſſumiren / auch den Beweiß verführen / aber daß ſie nicht erwieſen erkandt werden / ſollen ſie nicht weniger nachmahls zu dem Juramento Credulitatis ihren Regreſs haben ꝛc. Licet vel maxime hæres de facto bene ſit informatus, ejusque exactam notitiam habeat, quia Jura Saxonica in ſolo credulitatis juramento circa perſonam hæredum ſubſiſtunt. CARPZ. *d. Conſt. def. 8. 13.* ZIEGLER. *in Not. ad Tit. XIX. Ord. Proc. verb.* Juramentum credulitatis. DN. MARTIN. *ad d. 8. Tit. XIX. 21. 22. ſeq. Magnif.* MENCK. *Diſp. X. Tit. XIX. th. 6.*

## §. VII.

Ulterius ſi defunctus non plenarie & ad obtinendam abſolutoriam defenderit conſcientiam ſuam, ſed ſaltem judici ad injungendum Juramentum ſuppletorium occaſionem dederit, ipſe vero negligat fatale octidui & moriatur: Quæritur: An ejusdem hæredes ad præſtationem juramenti defuncto delati adhuc de credulitate veniant admittendi? mota hæc quæſtio in *ord. Proc. §. f. allegat. Tit. XIX.* ibidemque ſequentem in modum affirmative deciſa: Damit nun auch dieſer paſſus ſeine Richtigkeit habe / ordnen wir / wenn die Verſäumniß allein an dem juramento ſuppletorio, welches in ſolchen Fällen pars probationis ordinariæ iſt / und zu Vertretung des Gewiſſens gehört / geſchehen / daß ſo dann den Erben nichts minder an ſtatt des Haupt-Eyds das

Jura-

Juramentum Credulitatis zu ſchweren / ſolle frey und bevorſtehen. Scilicet intentionem ſuam ſemiplene deduxit defunctus, adeoque quodammodo probavit, effectu autem ſupplementi, quod jurejurando ſuppletorio intendebatur, excidit, ſed quia ſuppletorium ordinariæ probationis portio eſt, illius deſertio defenſionem conſcientiæ non in ſolidum extinguit, ſed facit ſaltem, ut id, quod jurandum, non cenſeatur probatum, adeoque datur adhuc ad juramentum delatum redeundi facultas. MARTIN. *ad Ord. Proc. Tit. XXX. §. 1. num. 137.* DN. MENCKEN. *Diſp. Proc. X. Tit. XIX. th. 8.*

## §. VIII.

Imo ipſi hæredes, quibus juramentum credulitatis per ſententiam iniunctum, ad declinandam jurandi neceſſitatem confugere poſſunt ad probationem pro exoneranda conſcientia. Nam juxta *conſt. Elect. XIV. p. 1.* Cuilibet ad evitandum juramentum remiſſa iſta probandi facultas; jam vero nulla prohibitionis ratio quoad heredes, cujus partes alias favorabiliores, proferri poteſt. Sane ipſis grave, de facto alieno jusjurandum perſolvere, & cum licuerit defuncto, quidni etiam hæredi, qui ejus perſonam repræſentat & in omne jus ſuccedit? Ut taceam, ſatius eſſe, probationem hanc, tanquam remedium ordinarium, admittere, quam proſilire ad modum probandi ſubſidiarium. BERLICH. *d. Concl. 55. n. 50.* CARPZ. *Proc. Tit. XI. an. 6. §. 9. num. 66. ſeq.* DN. MENCK. *Diſput. Proc. Tit. XIX. th. 2.* Diſſentit equidem DAN. MOLL. *ad dict. Conſt. 24. n. 10.* qui etiam Weſenbecium & Setſerum excitat; at, cum nullas plane rationes adducat, ſed ſaltem ab iis, quæ tanti viri teſtimonio recepta, recedere dubitaverit, nos religioni non ducimus, neglecta authoritate nimis fallaci, eligere rationes adductas. Dum hæc ſcribo, incidit Caſus, a nemine, quantum equidem ſcio,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0021-6

tractus. An etiam hæredi tunc remiſſa facultas defendendi conſcientiam probationibus, ſi defunctus ſtatim, peracta litis conteſtatione, juramentum ſibi delatum acceptaverit, antequam vero rite ſe obtulerat, moriatur? Et cum *Ord. Sax. Tit. XIX. §. 1.* poſt acceptationem ſemel factam iſtam probationem indeterminatim prohibeat, dubius merito hæreo, plus juris tribuere hæredi, quam defuncto, a quo tamen cauſam jure repræſentatitio habet.

§. IX.

De cætero quod ad ſuppletorium, quod ſemiplena probatione peracta parti arbitrio judicis injungitur, regulariter in hærede locum habere nequit, ob probabilem a defuncto geſtorum ignorantiam. MARTIN. *ad ord Proc. Tit. 30. §. 1. n. 123.* Non penitus tamen hic excludendum eſſe reor judicis arbitrium, qui pro re nata, ſi hæredem de facto defuncti bene informatum ſentiat, juramentum tale neceſſarium optime deferre poteſt. JACOB. MENOCH. *d. arbitr. Judic. quæſt. caſ. 190. n. 9. conf.* B. STRYK. *Uſ. Modern. ad Tit. ff. & Jurejur. §. 37.* quod tamen de credulitate ſaltem informandum, prout ex Inſtituto tradidit LAUTERBACH. *Differt. ſpeciali de juramento Credulitatis P. 1. th. 19. & 26.* Comprobat id reviſ. ord. proc. Geſtalt wie die zu Ende des angezognen §. befindliche Worte ꝛc. In denen andern bleibet es bey gemeinen Rechten billig auf dieſe maſſe / daß gleichwohl auch das juramentum ſuppletorium und purgatorium in factis alienis, jedoch wie ſonſt / nur de credulitate erkant werden ſolle / hiermit wohlbedächtig erklähret haben wollen. vid. D. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. p. m. §. 546.* Similiter cum aditio aut abſtentio hæreditatis (quod poſtremum beneficium etiam hæredi ſuo permittitur in §. 2. *in fin. Inſt. d. hæred. qualitat. & differ.*) quia in nuda voluntate & animo conſiſtit *L. 20. ff. d. acquir.*

*acquir. hæred. L. 2. & 3. ff. d. inter. act.* erpreſſam animi declarationem & proteſtationém, actum non animo adeundi vel ſeſe immiſcendi geſſiſſe, requirat, hæres mediante juramento ſuppletorio, quod hæres non factus fuerit, confirmare debet. B. CARPZ. *P.3. C.14. d.12.* qualem caſum exhibet DN. BERGER. *Conſil. XLV.* quo, *junct. ſupplem. diſcept. Forenſ.* inprimis libris Mercatorum, ſi nullo vitio laborant, & in iſtis conſcribendis legitima requiſita adhibita, ſemiplena tribuitur fides; de qua, Mercatore defuncto, hæres mediante juramento ſuppletorio de credulitate teſtatur. *vid.* multa hac de re notatu digniſſima ap. DN. BERGER. *diſcept. Forenſ. Tit. XXX. Obſ. I.*

§. X.

Progredior ad alteram juramentorum neceſſariorum ſpeciem, nempe Purgatorium, cui hæredes ob generalitatem *Conſt. Elect. 24. p. 1.* quæ indeterminatim nec de certa juramentorum ſpecie loquitur, ſe in cauſa civili de credulitate vix ac ne vix quidem ſubtrahere poterunt, præſertim cum ſæpiſſime pro obtinenda ignorantia injungatur, CARPZ. *deciſ. 232. n. 16. ſeq.* MART. *ad Tit. XXXII. §. 1. n. 65. diſſentit* LAUTERBACH. *d. Juram. Credulitat. p. 2. th. 32.* ſed uſu fori confutatur. vid. DN. BERGER. *diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. obſ. not. 3.* Hinc quoque in reviſa ordinat. rem ad lites præſcindendas decidendam eſſe, ſtatuerunt Dnn. Reviſores, prout apparet ex verbis quæ ſupperiori §. recitavi. Quodſi vero jurare juſſus ſe ad jurandum ſemel obtulerit, & ante terminum præſtationi actuali definitum vitam cum morte commutare cogatur, pro præſtito habendum erit. DN. RIVIN. *Tit. XIIX. Enunc. 16.* In cauſa inquiſitionis ſi delinquenti alternative vel mulcta certa pecuniaria, vel juramentum purgationis injunctum, hic vero ejus præſtationem neglexerit, vel plane recuſaverit, hæres ejus eo mortuo, amplius ad ejus

præ-

præſtationem de credulitate confugere nequit. *Excell.* DN. HORN. *Claſſ. XV. reſponſ. 76. n. 3.* Pertinet huc caſus a DN. BERGER. *P. 1. Reſpoſ. XV.* propoſitus, ubi hæredibus creditoris, contra quem pugnaverant ſuſpiciones, quod dolo & in fraudem creditorum reliquorum pignus in bonis debitoris ſibi conſtituendum curaverit, jusjurandum purgatorium de credulitate dictatum ab inclut. Facult. Wittenberg.

§. XI.

Juramentum Calumniæ duplex, vel Generale vel Speciale. Prius a quolibet litigantium, actori æque ac reo, circa initium proceſſus de cauſa ſincere ex bona fide ſuſcepta ac proſequenda ex diſpoſitione Juris Civilis *l. 2. C. de jurejur. propt. Calum. Nov. 49. c. f.* præſtari debebat, quod quidem in Saxonia per Ord. Proc. Sax. Tit. XXXIII. abrogatum. Interim illis in locis, ubi jura communia adhuc vigent, hæres tenebitur jurare de Calumnia. Conf. ANTON. DEL RE *de juramento Calumn. Cap. XV. n. 127. Cap. XIIX. n. 27.* DN. MARTIN. *ad d. Tit. 33. Ord. Proc. §. 1. n. 20.* cum alia poſſit eſſe conſcientia defuncti, alia hæredis. SIGSM. SCACC. *d. Judic. L. 2. c. 1. n. 42.* JEREM. SETSERUS *de jurament. Lib. I. c. 14. n. 8. & Lib. III. cap. 3. n. 46.* Pariter ſi in terris noſtris Saxonicis in perſona hæredis ſuſpicio malitiæ vel animus litem protrahendi emergat, Judicis arbitrio relinquitur, an non juramentum malitiæ, quod prope ad naturam generalis iſtius juramenti Calumniæ accedit, ab eo exigere velit. *Deciſ. Elect. LXX.* Præſupponendi tamen ſunt termini habiles, nam ab hærede, qui ex inſtrumentis literariis in hæreditate repertis proceſſum executivum inſtituere cupit, fruſtra exigeretur. *vid. Excell.* DN. RIVINUS *ad Ordin. Proc. Tit. XXXIII. Enunc. VII.*

§. XII.

E contra quod ad juramentum Calumniæ ſpeciale attinet,

ner, aſſerit MATTH. BERLICH. *Part.1. Concl.31. n.25. & Concl. 55. n. 27.* quod hæredes iſtud præſtare non teneantur, cum in illis ob probabilem ignorantiam ceſſet Calumniæ præſumtio, quam quoque ſententiam tuetur B. SVENDENDOERF. *in not. ad* FIBIG. *proceſſ. p.m.1383.* Qui inſuper eo procedit, quod hæredes immunes eſſe debeant, licet defuncto per ſententiam jamjam injuncta ſit juramenti præſtatio, cujus veſtigia premit DN. MARTIN. *ad Tit.18. §.6. n.47.* Potius diſtingvendum: utrum hæres juramenti delatione vel ipſe in Termino uſus fuerit, aut a defuncto in Libello jam adhibitam repetierit? & utroque caſu ob regulam generalem, quod is, qui alicui defert jusjurandum, in judicio prius ipſe jurare de calumnia debeat. *L.39. ff. d. Jurejurand. Ord. Proceſſ. Sax. Tit.18.* præſertim cum facti defuncti ſe participem feciſſe intelligatur hæres, præſtare obſtrictus erit: An vero ſententia ſuper delatione jurisjurandi in Termino repetita aut jamjam lata aut adhuc ferenda? ubi propterea major dubitandi emergit ratio, quod ſcilicet ſententia publicata mentionem injiciat, & reſpiciat perſonam defuncti, adeoque ab eo, cui injunctum, in propria perſona præſtandum; ulterius in ſententia pronuncianda judex cogitabit, hæredi imponi minus poſſe juramentum Calumniæ, quod non ipſe, ſed ejus anteceſſor, detulerit. Quanquam in Collegiis, inprimis Vitembergenſibus, hæredibus promiſcue neceſſitatem præſtandi juramentum Calumniæ injungi, teſtetur DN. BERG. *in Diſceptat. Forens. Tit. XIIX. obſ.9. not.4.* Idque non immerito; nulla enim ſolida apparet ratio, quare mors deferentis fraudi quaſi eſſe debeat, & deteriorem facere conditionem alterius. Hæres inſuper verſatur in Lucro, idemque aſſumendo & continuando proceſſum premitur ſuſpicione, quam generalem legis, non hominis, præſumtionem nullo alio modo, quam

mediante juramento iſto elidere atque evertere valet; nec hac in parte inferiori loco rei, quam actoris, hæredes habendi, ſiquidem reo inprimis ante oblationem defuncto hæres ejusdem jusjurandum principale præſtat, quidni ergo hæres actoris Juramentum Calumniæ? An vero ex perſona hæredum obligatio ad præſtationem jurisjurandi Calumniæ ita mutetur, ut formula juramenti de credulitate ſaltem ſit concipienda? inquirit DN. MENCKEN. *Tract. Synoptic. ad proceſſ. diſputat. IX. th. 16. n. 6.* qui inſimul reſponſum facult. ſuæ in ajentem ſententiam affert.

§. XIII.

Excipiendus tamen erit caſus, ſicubi actoris hæredes adhuc ſint pupilli, ſiquidem cum his male ageretur, ſi jusjurandum principale, adverſæ parti incumbens, ad annos plenæ pubertatis differreretur, quum interea temporis adverſarius poſſit, vel in eum ſtatum devenire, ut non ſolvendo exiſteret, ac pupilli amiſſionem debiti incurrerent, vel decedere, eoque modo efficere, ut hæres fortaſſe mutata formula juramenti de credulitate præſtaret juramentum, quod anteceſſor de veritate præſtare non poterat, vel ad minimum infinitas moras nectere. DN. BERGER. *in ſupplem. ad Diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. ad Obſ. IX.* Quanquam diſſimulare nequeam, inclutos Status Provinciales Elect. Saxon. in monitis ſuis ad *reviſ. Ordin. Proc.* de abrogando Juramento Calumniæ intuitu hæredum conſilium iniiſſe verbis ſequentibus: Ferner wenn der deferens verſtirbet/ und dem gegentheil die Eydes præſtation zuerkannt wird / ſind die Erben ob probabilem ignorantiam, da die Calumniæ præſumtio ceſſirt / zu Ablegung des Juramenti Calumniæ nicht verbunden. Quo loco & illud notandum, quod quidem jura Parentibus & Patronis ob reverentiam ipſis debitam remiſerint juramentum Calumniæ. *L. 6. ff. d. jurejur.* CARPZ. *p. 1. Conſt. 2. def. 24.* SIGISM. FIN-

CKEL-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0026-3

CKELTHUS. *Obſ. 76. n. 6. ſeqq.* DN. BERGER. *reſol. 11. obſtant.* LAUTERB. *Lib. XII. Tit. 1. 2. qu. 2. qui ad L. 14. & L. 39. §. 4. ff. de jurejur.* tanquam obſtantes reſpondet; attamen eorundem hæredes iſtud declinare vix poterunt, cum quoad ipſos magna diſparitatis ratio deprehendatur.

§. XIV.

Minorationis juramentum in foro Saxonico introdu- ctum, ad damna per vim expulſivam & ablativam illata & ab actore æſtimata, a reo minuenda. DN. RIVIN. *Tit. 31. Enunc. 1.* Quod ſi reus lite pendente & antequam juratum, moriatur, tunc actor quantitatem damnorum præciſe probare tenetur, nec hæredes rei defuncti juramento ſuo, cum quaſi ex delicto & facto illicito proveniat, illud diminuere coguntur. BERLICH. *d. Concl. 55. n. 7. & n. 28.* MARTIN. *ad Tit. Ord. Proc. 31. §. 1. n. 21. & 22.* Volentes tamen ab ejus præſtatione repelli nequeunt; imo ſi non de veritate, ſed credulitate a defuncto exactum, hæres jurare obligatus eſt ex ſententia B. SVENDENDOERF. *ad* FIBIG. *p. m. 561. cujus ut &* BERLICHII *rationes excusſit* DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. 31. Obſ. I. not. 3.* adhibendo diſtinctionem: An, cum reus moreretur, lis conteſtata fuerit, nec ne; priori caſu decerni poſſe autumat, non æque poſteriori: cum obligatio ex facto prohibito deſcendat, quæ nonniſi per reſponſionem, tanquam quaſi contractum, in hæredes devolvi & perpetuari queat.

§. XV.

Zenonianum juramentum ab authore ſuo, Imperatore Zenone, ita dictum defertur ſine prævia damnorum probatione ei, qui vim expulſivam ſuſtinuit, & ob difficultatem probandi, odiumque diripientis introductum. *L. 9. C. unde vi Cap. ult. X. de his qui vi met. cauſ.* DN. RIVIN. *Tit. XXXI. En. 12.* Jurant iſtud hæredes, ſi velint. *a L. 59. ff. d. R. J.* MEV.

*Part. 6. Deciſ. 374.* modo habeant rei controverſæ notitiam. DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. 31. obſ. 3. not. 6.* DN. MENCKEN. *Tract. Synopt. ad Tit. ff. de in lit. jur. p. m. 190.*

§. XVI.

Sequitur juramentum in litem, quod duplex, vel veritatis, vel affectionis. Generaliter ULPIANUS *in L. 4. pr. ff. h. tit.* in tutelari cauſa neque Tutorem cogendum, nec matrem pupilli admittendam eſſe cenſuit, etſi hæc maxime prompta ſit ad ſubeundum juramentum, adjecta ratione, quod grave videatur ignorantes & invitos ſub alieni compendii emolumento anceps perjurium ſubire. Argumentum exinde ducit GOTHOFR. *in not. ad h. l. ſub lit. m.* ad hæredes; ſed ratio prohibitiva *dict. leg.* potius in eo conſiſtit, quia neque apud Tutorem, neque matrem, ſit dominium litis, prout verb. fin. princ. *d. l.* abunde ſatis indigitant; atqui hæredes procul dubio ſunt Domini litis, ergo recte iisdem defertur iſtud juramentum. BERLICH. *d. Concl. 55. n. 10.* MARTIN. *ad Ord. Proc. Tit. 31. §. 2. n. 44. 46.* In reviſa tamen *Ordin. Tit. 31.* placuit, diſtinctionem juramentorum, veritatis & affectionis, penitus tollere, adeo ut ſemper ſuper veritate, nunquam ſuper affectione concipiendum, idque propterea, ne jurantes inordinata affectione honeſtatis & æquitatis terminos excedant, atque ita anſa perjurio detur. Ita vero vocabulum veritatis capiendum, ut non credulitati, ſed affectioni opponatur, & contradiſtinguatur; quo ſenſu etiam hæres hæredis de veritate citra reſpectum affectionis jurare poterit, quanti rem litigioſam credat. DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. 31. obſ. 2.* Alias hæres non ſecundum defuncti affectionem, ſed ſecundum propriam, jurare obligatus foret. JOH. BAPTIST. PLOTUS *de in lit. jur. §. 29. n. 10. p. m. 272. & §. 29. n. 10. p. m. 267.* De cætero illis duntaxat in caſibus juramentum iſtud ſibi vindicat locum, quando is, con-

tra

tra quem præſtandum, rei vices ſubit. *L. 7. h. t.* aliaque juris remedia ordinaria deficiunt. Unde facile apparet, quid ſentiendum de eo caſu, quando vidua mariti portionem ſtatutariam ex hæreditate petit, & ad declinandam editionem Inventarii aut juratam ſpecificationem defuncti mariti hæredibus jusjurandum hoc in litem injungi poſtulat; quod merito ipſi denegandum, partim quod illa actricis, hæredes vero reorum vices ſuſtineant, partim quod prodat animum ſuum doloſum, dum quidem lucrum captare, e contra ordinaria ac legibus præſcripta remedia & in ipſius poteſtate ſita aſpernari & ad ſubſidiaria convolare velit, partim quia ante omnia bona ſua conferre teneatur. Inter caſus dubios oblata fuit hæc quæſtio a ſupremo Senatu ſub num. XLII. ac propterea deciſa in reviſ. ordin. Quæ typis expreſſa legi poteſt *apud* DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. 31. obſ. 2. n. 1.*

## §. XVII.

Si præſumtiones emergant, vel indicia allegari queant, in hæreditate defuncti fuiſſe nonnulla documenta, & pro caſuum diverſitate hæredi creditoris vel debitoris juramentum vel diffeſſionis vel editionis, ſe documenta nominata neque actualiter poſſidere, neque dolo malo poſſidere deſiiſſe, injunctum fuerit, hi tale juramentum effugere poterunt, ſi ad exhibitionem inventarii ſolenniter riteque conſcripti ſeſe offerant. Quanquam enim ejusmodi editio in effectu imitetur probationem pro exoneranda conſcientia, quæ in *Ord. Proc. Tit. XXVI. princ.* in tali caſu verbis expresſis interdicta, ut ſcilicet in præparatoriis probationum circuitus fruſtranei, quibus proceſſus inique protrahitur, evitentur, nihilominus officio judicis incumbere videtur, omnem movere lapidem, ne juramentis fruſtratoriis Nomen DEI in abuſum trahatur; ut taceam laudatam *Ord. Proc.* poſtulare, ne ad jura-

mentum editionis nimis properetur, ſed in ſubſidium demum, deficientibus reliquis remediis, adhibeatur. DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XXVI. Obſ. IV. not. 4.* Hinc eo caſu fertur ſententia interlocutoria: Würde Beklagter ſeinem Erbiethen nach/ die über ſeines Principalen Eltern Verlaſſenſchafft auffgerichtete Inventaria in originali produciren/ ſo ſeynd dieſelbe mit Edition derer angegebenen Documenten/ oder dem zuerkandten Eyde zu verſchonen/ DN. RIVIN. *ad eund. Tit. XXVI. En. XXV.* Et ne quicquam dubii hac in parte amplius ſupereſſet, placuit DNN. Conſiliariis ad *reviſ. Ord. proc.* clemmentisſime convocatis juri conſtituendo hæc verba inſerere: Mit des Gläubigers oder Schuldners Erben hat es dieſe Bewandniß/ daß derſelbe des ihm nach Gelegenheit derer Fälle auferlegten Juramenti editionis, & diffeſſionis documentorum dadurch wenn er das Verhandene/ und in ſeinen Subſtantialien richtig und untadelhafftige befundene inventarium über ſeines Vorfahrers Verlaſſenſchafft vorzulegen erböthig/ ſich gar füglich entbrechen könne. *vid.* DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XXVI. obſ. 4.* qui ſub *nota. 4.* quæſtionem ſenatus deſuper inter caſus dubios Potentiſſimo oblatam communicat. Specialem caſum commemorat jam nominatus DN. BERGER. *P. II. reſponſ. XL.* quod in depoſito deponentis hæres ad indicandam rem depoſitam ejusdemque pretium ad juramentum credulitatis admiſſus fuerit.

§. XVIII.

Hæres hæredis juratam ſpecificationem edere haudquaquam, mea ſeutentia, cogitur, obpræſumtam ignorantiam, deficientem doli ſuſpicionem, & ceſſantem juris diſpoſitionem. CARPZ. *p. 3. C. 33. vel 14. & L. 6. reſp. 66.* Urgentibus tamen circumſtantiis, & ne hac occaſione ex bonis hæreditariis illicite locupletetur, eundem gravare licebit juramento ad indicandas res hæreditarias, quas tales eſſe novit. *a. L. 22. §. 10. C. d. Jur. delib.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0030-6

*delib.* DN. MENCKEN. *diſp. proc. IX. th.18. n.5.* qui quoque formulam juramenti ſiſtit. *conf.* DN. BERGER. *in ſupplem. ad Diſcept. Forenſ. ad Obſ.1. p. 1357. n. 6.* Quodſi ad præſtationem illius conſveto tempore ſe obtulerit, poſtmodum vero decedat, itidem pro præſtito habendum eſſe, exiſtimarim per ea, quæ fuſius tractat DN. RIVINUS *ad Tit. XIIX. Enunc. 117.*

§. XIX.

Contra hæredem debitoris ex inſtrumento guarentigionato locum ſibi vindicat proceſſus executivus, ita tamen, ut actor ante omnia demonſtratam det qualitatem illam, reum eſſe debitoris hæredem; ſuper qua circumſtantia juramentum ipſi deferri poterit; quod etiam ad eum caſum porrigitur, ſi actor poſt negationem a reo peractam utatur delatione. Eſt enim circumſtantia tantum extrinſeca, & ſolummodo ad fundandum proceſſum executivum inſervit, merita cauſæ vero non attingit. DN. BERG. *Supplem. ad Diſcept. Forenſ. Tit. V. obſ. 2. p.m. 107.*

§. XX.

Si Pauper, qui demonſtrata paupertate, ex præſcripto *Ord. Proc. Sax. Tit. 1.* ad juramentum paupertatis admiſſus, lite pendente decedat, liberos aut hæredes ipſius, ad quos jure ſucceſſionis actio pervenit, hoc jusjurandum, ſi eodem paupertatis beneficio uti velint, reiterare debere, ſtatuit DN. MART. *ad d. Tit. 1. Ordin. Proc. §. 4. num. 10.* quia nempe prius juramentum tanquam perſonale neutiquam afficiat hæredem, nec de anima ad animam tranſeat, ſed cum perſona & conſcientia jurantis extingvatur; ſuboritur tamen dubium de hærede, qui quidem bona aliunde acquiſita poſſidet, ſed nondum quicquam ex hæreditate defuncti percepit, quam commodum, quod ex actione a defuncto in judicium deducta ſperat, an is propterea ſumtus litis ex propriis ſuppeditare obligetur? durum ſane videtur id aſſerere,

etenim

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0031-1

etenim intuitu bonorum propriorum non quatenus hæres conſiderandus, adeoque ipſi merito qualitas defuncti, quem repræſentat, tribuenda, donec lis in favorem ipſius finita, ipſique ab adverſa parte judicatum ſolvatur, ex quo deinde commode ſumtus & expenſæ litis deduci poſſunt.

§. XXI.

Fidelitatis juramentum ita individuum, ut, vivis erepro vaſallo, ab omnibus ejusdem hæredibus & ſucceſſoribus, ſive diviſum inter eos feudum, ſive non, perſolvendum, cum quilibet pro ea parte, pro qua poſſidet, reputetur Vaſallus; quod etiam in foro Saxonico uſu ſervatur, neglecta diſpoſitione *Cap. 29. & 32. in fin.* des Lehn-Rechts/ quæ inter leges obſervantia contraria reprobatas ab HARTM. PISTOR. *part. 2. qu. 47. lit. b.* refertur, niſi pro-vaſallum communi nomine delegaverint, qui in reliquorum animas inſimul fidelitatem præſtat, qualem formulam in Inveſtitura WERTHERIANA exhibet DN. HORN. *Jurisprud. Feudali Cap. XIII. th. 13.* Idem dicendum, ſi hæres in communione exiſtens, diviſione facta, alterius cohæredis portionem acquiſiverit. In Aula tamen noſtra Electorali, præſtito ſemel juramento illo Vaſallatico, ſtipulata ſaltem manu renovari ſolet prior fidelitatis promiſſio. CARPZ. *P. 2. C. 45. def. 28.*

§. XXII.

Semper vero formula juramenti ratione hæredum de credulitate ſaltem, non etiam de veritate, informanda, & quidem de propria, non defuncti, credulitate, etiamſi hæres exactam habeat facti litigioſi notitiam. *Conf.* ZIEGL. *in not. ad Tit. 18. verb.* Daß ein Unterſcheid gehalten werde. idque ex natura juramenti credulitatis, quod ſemper propriam jurantis involvit notitiam, & eſt reſpectu hæredis factum alienum, ſuper quo nullum aliud, quam credulitatis, juramentum præſtandum CARPZ. *Deciſ. 39.* & *Conſt. Elect.*

quin

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0032-7

quin quandoque impoſſibile foret defuncti notitiam, quæ toties fugit hæredes, aperire; quod etiam ampliandum ad hæredis hæredem ſi mors ipſius contingat, priusquam juraret. Id. *Proc. Tit. XI. art. 6. §. 8. n. 58. ſeq.* DN. MART. *ad Tit. 18. §. 1. n. 62.*

§. XXIII.

Quo loco ſilentio non prætereundum, quod quidem hæres alteri cohæredi ratam ſuam cedere, in eumque transferre queat, ſed non eo cum effectu, ut tunc Ceſſionarius ſolus præſtet juramentum credulitatis, & reliqui ſe ſubtrahere poſſint a præſtatione, ſed omnes omnino cedentes jurare debent; eſt enim juramentum perſonaliſſimum quid, ac factum individuum. DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. 18. obſ. 8. not. 4. in fin.* & is, qui jura ceſſa dedit, meliorem rei controverſæ notitiam habere poteſt, quam alter cohæres; ut taceam, ceſſione, ſi fieret hæredi pupillo, protrahi & retardari proceſſum. B. SVENDENDOERF. *ad* FIBIG. *p. m. 1386.* Quod aſſertum minus dubii habet, ſi jamjam ante ceſſionem ſingulis hæredibus dictatum fuerit juramentum, quemadmodum de juramento, quod omnibus hæredibus ratione documenti noviter reperti, licet ceſſione ſuſcepta, conſentientibus ſuffragiis in ſupremo Apellat. judicio impoſitum fuerit, teſtatur DN. BERGER. *in Supplem. ad Diſcept. Forenſ. p. m. 1792.* Nec hanc quæſtionem intactam reliquerunt incluti Status Provinciales in monitis ſuis ita differentes: Wenn auch unter dieſen Erben einem die gantze Sache wäre cedirt worden / und derſelbe Ceſſionarius den deferirten Eyd abſchwehren wolte / wird er damit nicht gehört / ſondern es muß die Præſtatio juramenti als ein factum individuum & perſonatiſſimum von allen geſchehen.

§. XXXIV.

Præſtant vero ſinguli juramentum injunctum de jure communi & imperii per procuratorem. *l. 13. §. 13. ff. d. damn. infect. c. 2ap. de Teſtib. in 6. cap. 7. d. juram. Calumn. in 6. Rec. Imp. de anno 1654. §. Uber dieſes 43.* Jur. Saxon. Elect. quodvis juramentum in perſona propria, *Ord. Proc. Tit. 18. I. L. R. Lib. 1. an. 46.* Weichb. 17. non per procuratores præſtatur; quippe hi aſſuefacti ad juramentum putantur non pluris facere juramenta, quam domus vetuſta fumum, quo ſimili utitur CARPZ. *p. 1. Cap. 12. & 34. n. 2.* Qui alio in loco, nempe ad *dict. Conſt. d. 39. n. 7.* in juramenta per procuratores præſtanda valde invehitur, cum quidem hi nomine principalis jurent, ſed non eorum nomine deſcendant in gëhennam. Interim ſi adhuc in pupillari ætate exiſtant hæredes, actus juratorius ſuſpenditur, donec ad annos plenæ pubertatis, qui anno decimo octavo absque diſcrimine ſexus terminantur, pervenerint. *L. 4. ff. d. in lit. jur.* CARPZ. *p. 1. conſt. 12. def. 24. & conſt. 24. def. XI.* & prolixe BERLICH. *part. 1. concl. 34. n. 30. ſeq.* DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. obſ. 4. n. 4.* DN. MENCKEN. *Diſp. Proc. IX. th. 18. ſub n. 11.* Tutores tamen eorundem nomine non ſunt repellendi, ſi plures cohæredes iidemque Majorennes adſint. CARPZ. *ad d. conſt. 24. def. 12.* cum ſit res magni periculi, per dilationem ſæpius plurimorum annorum reliquis inferri præjudicium. Poſſent tamen fortaſſe cohæredes, potiſſimum ſi cauſa dividua, pro ſua parte admitti adjuramentum litis deciſorium, quanquam ex parte rei non deficiant rationes contrarium ſuadentes, quarum non minimi ponderis, quod nemo in Saxonia alterius nomine ad præſtationem juramenti admitti ſoleat.

§. XXV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0034-8

§. XXV.

Secundum principia Juris civilis, quando caſus inopinatus actum jurandi impedit, hæres vel ad præſtationem vel relationem juramenti admittitur. LAUTERBACH. *d. Juram relat. th. 25. ſeq.* DN. WERNHER. *obſerv. 275. part. 1.* Sed jura Saxonica tribuunt ſpecialem vim atque efficaciam oblationi morte confirmatæ, hinc ſi is, cui juramentum per ſententiam injunctum, ſeſe intra octiduum a tempore rei judicatæ rite obtulerit, declaraveritque, ſe juramentum ſibi delatum præſtare poſſe & velle, poſtmodumque decedat, juramentum pro revera præſtito reputatur, cum in agone mortis laborans ſalutis æternæ & divini timoris adeo memor eſſe credatur, ut nullum commodum propriæ ſaluti anteponat, mendacioque ſcienter admiſſo animam ſuam occidere velit. *Lib. 6. C. ad L. Jul. repet. Cauſ. XXII. quæſt. 2. cap. 14.* Quæ præſumtio tanti roboris, ut ſi e. g. quis in mortis inſtantia aſſerat, aliquem eſſe debitorem ſuum, ſi hic vel ejus hæres id neget, juramentum & quidem veritatis illi, huic credulitatis, deferendum eſſe, aſſerat DYON. GOTHOFR. *ad L. 6. ff. d. probat. lit. f.* Ex quo eſt, quod in *ord. Proc. Tit. XIIX.* §. Wenn nun alſo / anticipatio oblationis ad jurandum ſit prohibita; tantum igitur abeſt, ut, oblatione ante rem judicatam licet facta, moriente juraturo, habeatur pro præſtito juramentum, ut potius deſertionem operetur, aut ſi ab hæredibus durante fatali repetatur, hi ad juramentum credulitatis admitti queant.

§. XXVI.

Non tamen nociva eſt anticipatio in caſu, in *mandat. Elect. d. Anno 1682.* verbis diſertis expreſſo, ſi nempe contra ſententiam, quæ juramentum injunxerat, remedia ſuſpenſiva aut devolutiva interpoſita, a judice vero per ſignaturam rejecta fuerint, & juraturus intra octiduum poſt de-

 cen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0035-3

cendum ab iſta rejectione verbaliter ſeſe offerat, licet enim ab iſta rejectione pars gravata provocet ad ſuperiorem, aut pro receptione denuo inſtet, aut contra judicem inferiorem ob rejectionem factam querelas moveat, tamen ſi judex non deferat remedio ſuſpenſivo, & interim temporis juraturus decedat, pro præſtito habetur juramentum; Quodſi vero pars adverſa judicem ad recipiendam Leuterationem vel appellationem adhuc commoverit, ejusmodi eventualiter facta oblatio merito ſine omni effectu erit, proinde hæredes obligabuntur adhuc jurare de credulitate; quin neceſſitatis eſt, ut, lata ſuper remedio ſuſpenſivo ſententia, ſi vires rei judicatæ conſecuta, denuo oblationem intra fatale ſub pœna deſertionis peragant. Lubet huc transſcribere verba mandati. Ferner iſt darüber mehrmahls Zweifel vorgefallen / wenn die remedia ſuſpenſiva ohne Sententz oder Urthel / per ſignaturam abgeſchlagen / zurück gegeben und nicht angenommen worden / von welcher Zeit alsdenn in dieſem Fall das fatale anzurechnen ſey? Derowegen wollen wir hierinnen gleichfals geſetzet und geordnet haben: Wenn der Richter es ſey gleich in hohen oder niedrigen Judiciis, die eingewendte Läuterung / oder der Judex ad quem, die an ihm ſich beruffende Appellation oder auch unſere Landes Regierung die Ober-Läuterung durch eine aufgezeichnete ſignatur rejiciret / daß zwar diejenigen / welche ſchweren ſollen / poſt decendium ab hac rejectione, intra octiduum (ungeachtet / daß auch gleich hernachmahls von ſolcher rejection appelliret / oder pro receptione denuo angehalten / oder wegen beſchehener rejection über die Unter-Richter an den Ober-Richtern Beſchwehr geführt würde) ſich eventualiter zu offeriren / nach gelaſſen ſeyn / auch ſolche eventual oblation pro anticipatione, zur Verſäumniß des Eydes / ihme nicht gerechnet werden ſoll / und daher nach

dem

dem remedio ſuſpenſivo nicht deferiret wird / hat der ſchwerende Theil ſolcher eventual oblation billig zu erfreuen / auch da er vor würcklicher Ablegung des Eydes verſtürbe / haben ſeine Erben der rechtlichen diſpoſition, daß ſolch juramentum pro præſtito geachtet wird / allerdings zu genieſſen / woferne aber im Gegenfall dem remedio ſuſpenſivo annoch deferiret wird / iſt die oblation, als nur in eventum geſchehen / billig ohne Effect, und da er darüber verſtürbet / ſeine Erben / deſſelben ungeachtet das Juramentum credulitatis zu leiſten / auch derjenige / der ſchwehren ſoll / hernachmahls / wenn über denen Remediis rechtlich erkandt / nach obigen erſten Paragrapho, ſich fernerweit richtig zu offeriren / und das fatale bey Straffe der Deſertion, nachmahls genau zu beobachten ſchuldig.

## §. XXVII.

Præſupponenda igitur oblatio legitimo modo & tempore ſuſcepta ut nempe forma in *Ord. Proc. Sax. Tit. XIIX.* §. Wenn nun alſo. & *Deciſ. Elect. XIIX.* præſcripta ad amuſſim obſervata fuerit. Proinde ſi offerens non petierit adverſam partem citari in ſpecie ad videndum audiendumve jurari, aut plane neglexerit fatale oblationis, deſertum erit Juramentum, nec alrer jure ſuo quæſito defraudari poterit, licet hæres vel maxime ad præſtationem ſe promptum atque paratum ſiſteret.

## §. XXIIX.

Hactenus dicta bene ſe habent, quoad juramenta, quæ ſubjacent octiduanæ oblationi; quæ vero ſunt legalia, & non adſtricta ad certum oblationis fatale, præſtitorum loco, quamvis vel maxime juraturus ante Terminum jurandi præfixum deceſſerit, non reputantur. Quod aſſertum fundatum in *d. Mand. Elect.. d. Ao. 1682,* ubi de ſolis juramentis, in quibus

fatale oblationis obſervandum, ſolicite agitur, & omnino major habenda ratio juramentorum, in quibus oblatio intra certum tempus eſt neceſſitatis, quam eorum, in quibus eadem eſt arbitrii & voluntatis. Inde quoque Summus Senatus circa finem *quæſt. IIX.* ſanctionem pragmaticam ſubmiſſiſſime expetiit verb. ſeq. Stellen demnach zu Ew. Churfl. Durchl. hocherleuchten Entſchlieſſung / ob Sie obiges Principium, daß wenn ein Parth zu dem ihm zuerkannten Eyd ſich in gehöriger Friſt offeriret / er hernach vor deſſen Abſchwehren verſtirbet / alsdenn ſelbiger Eyd pro præſtito zu achten. Was die juramenta legalia betrifft / nur auf diejenigen / welche ſonſten an das fatale octidui gebunden / einſchrencken / oder nichts deſtoweniger auch auf die übrigen Exempel das Juramentum Diffeſſionis ingleichen Specificationis, wovon bey den letztern Termin unter uns einiger Zweiffel ſich erreichnet / erſtrecken wolle. Et huc pertinet juramentum, quod ob noviter reperta documenta ab actore præſtandum. Finge tamen caſum, adverſarium frivolam movere quæſtionem, aſſerendo, deſeruiſſe actorem tale juramentum, quod intra octiduum ſe non rite obtulerit, interea vero fato fungi juraturum, alias ad præſtationem juramenti paratum, ſumma æquitas ſvadere videtur, ut præſtiti loco habeatur juramentum, cum juraturus alterius facto impeditus fuerit. *vid.* DN. BERGER. *Diſc. For. Tit. XIIX. obſ. 24.* Eodem modo abſolvi poterit hæres, & juramentum propter adverſarii vel negligentiam vel contumaciam pro præſtito haberi, qualem caſum narrat SCHILT. *Ex. ad ff. XXIII. §. 47.* Obtulerat ſe quis, cui juramentum ſuppletorium injunctum fuerat a judice, ad jurandum, & diem ſemel atque iterum determinari petierat, adverſarius autem, interpoſita frivola Appellatione, realem præſtationem impediverat, juraturus de ſua diligentia proteſtatus petendo inſimul

mul jusjurandum haberi pro præſtito, interea mortuus fuerat, & hæredes idem petitum repetentes, & eventualiter ſeſe ad jusjurandum credulitatis offerentes, ſtatim abſoluti fuerunt.

## §. XXIX.

Similiter jurata ſpecificatio, quæ deficiente ſolenni Inventario, edenda, non eſt adſtricta octiduanæ oblationi, DN. RIVIN. *Tit. XIIX. En. CXV.* Nil igitur proderit hæredibus oblatio facta a defuncto; unde mirari ſubit, quare *Facult. Juridica Lipſ. Menſ. Octob. 1666.* reſponſum, quod ad conſultationem Peter Plötzkens Tochter zu Zerbſt/ dedit, falſo præſuppoſito ſuperſtruxerit. Verb. Iſt Hanß Plötzken ein Inventarium oder in deſſen Ermangelung eine eydliche Specification über die väterliche und mütterliche Verlaſſenſchafft auszuſtellen in einem Abſchiede zuerkannt worden/ und hat er zwar ſolchen zu Folge eine Specification mit einem Cörperlichen Eyde zu beſtärcken/ wie auch einer darwider eingewandte und von ihm ungeſtandene defecta eydlich zu diffitiren/ per decretum auferleget/ auch nachmahls hierzu ein gewiſſer Tag geſetzet worden/ ſo iſt die Frage/ ob das juramentum pro præſtito zu halten ſey? Ob nun wohl ihr anziehet/ als hätte ſich euer Bruder zur Eydes-Leiſtung in Termino nicht angegeben/ und ſich alſo daran verſäumet/ D. a. v. d. in dem fol. act. 127. befindlichem Urthel/ deutlich gemeldet wird/ daß der Verſtorbene die/ bey denen Actis befindliche Specification zu beſchwehren ſich offeriret/ ſo iſt auch dieſelbige nunmehro vor beſchworen zu achten/ ihr köntet und woltet denn ex Actis darthun/ und beweiſen/ daß euer Bruder zur Eydes-Leiſtung/ ſich niemahls/ wie recht/ anerbothen/ ſo wäre auff ſolchem Fall das ihm zuerkannte Jurament deſert worden.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0039-9

## §. XXX.

Illud etiam notari meretur, quod doctrina illa de juramento defuncto juraturo poſt oblationem pro præſtito habendo etiam locum ſibi vindicet in juramento relato. Communicabo lectori benevolo caſum noviſſime coram ſupremo Appellat: judicio in cauſa Catharinen Dietzen appellatin ex una, Annen Salomein Böckerin und Conſ. Appellantin ex altera parte, ventilatum. Judicatum fuerat ibidem *Term. Hyemal. anni præteriti 1711.* daß Appellantens Principalin den ihn referirten Haupt-Eyd nebſt dem Eyd vor Gefehrde nach vorhergehender gebührender oblation abzuſchweren ſchuldig / zu welchem Ende ermeldten Appellanten die gebethene Commiſſion billig mitgetheilet wird / Appellans rite peragebat oblationem & extrahebat coram commiſſione in *præfectura Lipſ. ad diem 15. Julii Anno 1711.* terminum, die *11. Julii*, appellantis advocatus ob morbum principalis petebat dilationem, Appellatus In termino accuſabat contumaciam Appellantium, ſed cum per atteſtatum aus den Leichen-Buch doceretur, Annen Salome Böckerin die *13. Julii* vivis ereptam, ſubſequenti vero die *15. Julii* ſepulturæ traditam fuiſſe, non ſolum juramentum ratione hujus pro præſtito habebatur, ſed etiam filia ob legitimum impedimentum pro contumaci haberi non poterat, ſequebatur enim ſententia *Term. Hyemali hujus anni:* Daß wegen der verſtorbenen Annen Salome Beckerin der ihr zu erkandte referirte Haupt-Eyd pro præſtito zu achten / wieder Annen Roſinen Beckerin aber hat die eingebrachte Ungehorſams-Beſchuldignng noch zur Zeit nicht ſtatt / immaſſen ſie auch nur de credulitate daß ſie gewiß glaube und davor halte / beſagten Haupt-Eyd zu ſchweren ſchuldig.

§. XXXI.

§. XXXI.

De eo caſu ambigitur, ſi quis quidem ſe legitimo tempore ad jurandum obtulerit, terminus quoque ad ejus actualem præſtationem præfigatur, oriatur vero ratione formulæ dubium, quod vel judicem commoveat ex officio prorogare terminum, vel partes provocent ad judicium prudentum, ac interea, antequam ſuper formula pronunciatum, mors accidat? Nolo hic certum quid determinare, cum hac in parte magnum Collegiorum Juridicorum & ſummi provocationum, quod Dresdæ viget, judicii diſſenſum deprehendam, quorum effata ſummo ſtudio collegit DN. RIVIN. *Tit. XIIX. En. CXV.* qui nobis quoque caſum circa finem ſuperioris anni deciſioni Dnorum Scabinorum Lipſienſium a Prætorio Dresdenſi in cauſa *G. M.* actoris contra *A. M.* reum, oblatum, humaniſſime communicavit, ubi juramentum pro præſtito habitum, licet ipſe juraturus circa formulam juramenti unum alterumve idque relevans dubium moviſſet, atque impoſſibilitatem præſtandi juramentum Calumniæ demonſtraſſet. Verba ſententiæ ita ſonant: Daß der Klägers Ehemann und Vater deferirte Eyd pro præſtito zu achten / derowegen Beklagter die libellirten 71. Rth. reſtirenden Laden-Zinß nebenſt dem intereſſe moræ bey Vermeidung der Hülffe Klägern zu bezahlen ſchuldig ꝛc. Ubi in ration. decidendi. Es hat G. M. aus dem Mieth-Contracte *fol. Act. 3.* wider A. M. geklaget auf recognition und einen rückſtändigen Laden-Zinß an 71. Rthl. gefordert / Beklagter recognoſciret Hand und Siegel / ſchützet aber einige Exceptiones vor / darauf wird verabſchiedet / daß Kläger ſeines beſchehenen Einwendens ungeachtet auf geſchehene gebührende Vorladung ſub pœna confeſſi & convicti ſich deutlich einzulaſſen und zu antworten ſchuldig / Kläger läſſet dieſes decret rechtskräfftig werden und

antwortet fol. 18. auf die exceptiones, es wird fol. 26. a Facult. Juridica Wittenb. auf den Eyd interloquirt/ darauf geſchiehet am 27. Aug. die oblation ad jurandum richtig/ und wird hierzu der Termin auf den 19. Sept. anberaumet/ nach dem nun die Partheyen perſöhnlich erſchienen/ und als Beklagter fol. 85. die Eydes-Notul ad acta giebet/ wie der Haupt-Eyd von Klägern ſolle abgeſchworen werden/ dieſer ſolche vor nicht richtig hält/ wird fol. 86. eine Regiſtratur ad acta gemacht: weil die Partheyen über die von Beklagten abgefaſte Eydes-Notul nicht einig werden können/ als ſolten dieſelben darüber verfahren und nach Befinden darüber rechtmäßige Verordnung gewarten/ auch biß dahin der Terminus iuratorius continuiren/ und hat Kläger fol. 88. ſeqq. ihm angelegen ſeyn laſſen/ nicht allein die Unzuläßligkeit der formul des Haupt-Eydes/ ſondern auch durch alle 12. Poſten/ daß Beklagter den Eyd vor gefährde nicht abſchweren könne/ vorzuſtellen/ verſtirbet aber ehe und bevor darüber rechtlich erkandt/ dahero deſſen Erben fol. 113. weil ihr Ehemann und Vater parat geweſen den Eyd abzulegen/ ſolchen nunmehro pro præſtito zu halten gebeten. O. n. w. Beklagter rem iudicatam/ daß Kläger über den 12. Poſten ſein Gewiſſen/ Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt zu eröffnen ſchuldig/ vor ſich hat/ und da in dem hierzu anberaumten termine über der Eydes-Notul erſt geſtritten/ und dahero derſelbe/ biß die Partheyen mit einander rechtlich verfahren/ ſuſpendirt bleiben/ in dergleichen Fällen aber/ wo man über der formula juramenti noch nicht einig geweſen/ wann derjenige/ ſo ſchwehren ſollen/ darüber verſtirbet/ den Richter unbenommen/ den Eyd ſo dann pro præſtito nicht zu achten/ ſondern denſelben deſſen Erben/ jedoch nur de credulitate aufzuerlegen/ dieſemnach ob ſey auf das letztere Einbringen/ daß der klagenden Erben Suchen

nicht

nicht ſtatt habe / ſondern ſie den dem Verſtorbenen zuerkann-
ten Haupt-Eyd annoch de credulitate zu ſchwehren verbun-
den / zu erkennen ſey / es das Anſehen gewinnet. D. a. d. Klä-
ger die Unrichtigkeit des von Beklagten abgefaſſeten Haupt-
Eyds / und daß dieſer alle 12. Poſten nur zur Gefährde wider
beſſer Wiſſen und Gewiſſen aufgeworffen / auch das Juramen-
tum Calumniæ nicht ablegen könne / nothwendig remonſtri-
ret / allermaſſen denn auch der Beklagte ſolches gar ſchlecht
abgelehnet / und da Kläger zu Leiſtung des Haupt-Eyds /
wenn ſelbiger gebührend wäre aufgeſetzet worden / auf vorher-
gehenden Beklagtens Eyd vor Gefährde parat und willig ge-
weſen / auf Beklagten eintzig und allein die Hinderung an-
kommet / daß der Schwerungs-Termin nicht vor ſich gegan-
gen / folglich Kläger / ſo darüber verſtorben / wie auch deſſen
Erben / welche meiſtentheils unmündig ſind / durch ſolche Ver-
zögerung nicht præjudiciren mögen / noch bey dieſer der Sa-
chen Beſchaffenheit gnugſame Urſachen vorhanden / welche den
Richter bewegen könten / daß er die Erben mit dem juramento
de credulitate annoch belegen ſolte / ſo ſonſten wohl in den
Fällen zu geſchehen pflegt / wenn derjenige / ſo ſchweren ſoll
ohne erhebliche Urſachen über der Eydes-Notul diſceptiret / da
hingegen in gegenwärtigen caſu der von Beklagten überge-
bene Haupt-Eyd durchgehends unrichtig / und dieſem auch
wegen der dritten / zehenden und eilfften Poſt / warum er den
Eyd vor Gefährde nicht leiſten könne / umſtändliche Vorſtel-
lung geſchehen; So iſt von uns geſprochner maſſen billig erkant.
Totam rem ab arbittio prudentis judicis pendere autumo,
& cum, finita nondum controverſia, non liqueat, qua de re
jurandum, imo principio certitudinis ſuperſtruatur do-
ctrina illa per ſe ſatis ambiguo, ſumma æquitatis ratio non
tam ſvadere, quam exigere, videtur, potius juramentum cre-

dulitatis hæredibus injungere, quam pro præſtito illud habere, & recte inquit MEV. *part. 6. Dec. 374.* ut paratus jurare pro jurante habeatur, intereſt, an certo de ejus voluntate conſtet, nec ne, certa voluntas eſt pro jurante, quæ ſi adhuc dubia aut non manifeſta, ceſſat præſumtio. Conſentit DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. obſ. 8. not. 2.*

§. XXXII.

Scilicet manus judici hac in parte non ligandæ, ſed ipſe in rationes legitimas ac circumſtantias concurrentes inquirere debet, an factum ipſius juraturi impediverit præſtationem, an malitia adverſæ partis concurrat. DN. MENCKEN. *ad ff. Tit. d. jurejurand. pag. m. 185.* Et fortaſſe non inconſultum foret, ſi nullo caſuum diſcrimine adhibito ad præſtationem jurisjurandi credulitatis adſtringerentur hæredes. Solet enim ſæpenumero vel a principalibus, non ſeria jurandi cogitatione, ſed ſolum tentandi adverſarii ergo, vel ab eorundem Mandatariis vi conceſſæ poteſtatis ſine prævia communicatione aut inſtructione ſervandi fatalis cauſa oblatio ad jurandum peragi, cum ipſis quocunque tempore, etiam adhuc in momento, quo jurandum, remiſſa faculta s libellata concedendi. Ex quo fit, ut poſtmodum in termino ad realem juramenti præſtationem præfixo offerens animum propoſitumque ſuum mutet, & ea, quæ antea ſtrenue negaverat, vel in totum confiteatur, reſervata deductione exceptionum, vel ad minimum certa capita jurare detrecter. Nec enim verba ſufficere poſſunt, ubi facto opus eſt, & iniquum foret, contra intentionem ipſius offerentis, qui quandoque repentina morte correptus eandem in mortis articulo nequidem declarare valet, hæredi fictione juris contra rei veritatem injuſtum commodum lucrumve tribuere, atque juramentum tanquam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0044-3

quam actum adeo præjudicialem pro realiter facto declarare. Ut taceam regulam: nemo moriens præſumitur immemor ſalutis æternæ, quam educunt ex *L. ult. C. ad L. Jul. repet.* tanti ponderis, vix eſſe, ut ex quolibet moriente efficiat ſtatim quendam Johannem Evangeliſtam; imo officio judicis incumbit, ut omnia, ad veritatem facti detegendam adhibeat remedia, præſertim ſi talia, ex quibus nemini præjudicium quoddam infertur. Atqui hæredes ex injunctione juramenti credulitatis ne minimum quidem incurrunt damnum. Aut enim ignorantiam ſuam mediante juramento ſalva conſcientia demonſtrare valent, aut non. Poſteriori caſu invita profecto æquitate & juſtitia locupletarentur cum alterius damno, nec ſolida diverſitatis ratio allegari poteſt, quæ intercedat inter perſonam defuncti, & hæredis, & utriusque qualitatem adeo enormiter alteret. Repræſentat hæres perſonam defuncti & active & paſſive, continuat lites a defuncto cœptas & ad ſe transmiſſas, nequaquam igitur immunitatem a juramento, cujus præſtandi neceſſitas anteceſſori ejus ſimpliciter incumbebat, atque meliorem conditionem prætendere poterit. Aliter ſe res haberet, ſi juramentum Calumniæ generale e foro Saxoniæ penitus non eſſet eliminatum, tunc enim lites tamdiu non ſpirarent, & rei fortaſſe circa litis conteſtationem negativam ſe magis cautos providosque gererent, eoque pacto benignior pro offerente capienda foret præſumtio. *Conf.* STRUV. *in Synt. Jur. Civil. Exerc. XVII. th.* 47. & MÜLLER. *in not.* DN. BERGER. *Diſcept. Forenſ. Tit. XIIX. obſ. IIX. not. 4. p. m.* 577.

§. XXXIII.

Debemus dicta monitis Inclut. Ordin. provincial. Ceperant ſiquidem DNN. Reviſores *in Reviſ. Ord. Proc.* de pœna anticipationis circa oblationem juramentorum penitus abolenda,

 da,

da, ſalutare conſilium, ita tamen ut effectum, qui alias oblationi tribuitur, denegarent, & juramentum credulitatis abhæredibus exigerent, verbis ſequentibus: Betreffend die pœnam anticipationis, ordnen und ſetzen wir/ daß ſelbige gäntzlich aufgehaben ſeyn ſoll/ jedoch mit der Beſcheidenheit/ daß gleichwohl auch/ da ein Theil zu dem ihm zuerkanten Eyde anticipando ſich offeriret/ und darauf ehe hierůber res judicata vorhanden/ verſtorben/ ſo dann das jurament nicht pro præſtito geachtet werden/ ſondern deſſen Erben nichts deſto weniger ſolchen Eyd gebůhrend/ jedoch nur de credulitate, abzuſchweren ſchuldig ſeyn ſollen. Progreſſi ulterius ſæpius laudati Ordines in monitis ſuis, petentes, ut abrogatio illa ad doctrinam: mortuo poſt oblationem juraturo juramentum pro præſtito haberi, extenderetur. Merentur prægnantes eorundem rationes, ut hic opponantur. Sehr gut iſt/ daß die Verſehung gethan worden/ daß der Eyd desjenigen/ ſo ſich anticipando offeriret/ und darůber/ ehe res judicata verhanden/ verſtirbet/ keines weges pro præſtito zu halten ſey. Man ůberläſſet aber zu fernerer Erwegung/ ob es nicht durchgehends/ es mag die oblation anticipando oder auch nach dieſen zu gehöriger Friſt geſchehen ſeyn/ auf gleiche maſſe zu halten/ weil der Mandatarius, wenn kein ander Mittel mehr übrig/ vielmahls/ auch ehe und bevor er zur umſtändlichen communication mit dem Principal gelangen kan/ vi conceſſæ poteſtatis ſolche/ um nur das fatale zu ſalviren/ verrichtet/ da doch nichts deſtominder in Termino jurandi der Principal den gantzen Eyd oder etliche Puncte deſſelben abzuſchweren/ ſich verweigert/ und ſolche einräumet/ welches auch/ wenn gleich gedachter Principal ſelbſt ſich offeriret/ und vielleicht/ wie ſich der Gegentheil dabey anlaſſen werde/ verſuchen will/ oder doch bey reiferer Uberlegung und heran-

rücken-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0046-4

rückender Tagefahrt ſeine Meynung mutirt/ ſich begiebet/ da uns denn jederzeit bedencklichen vorkommen / wenn durch ſolch bloſſes Anerbiethen zum ſchweren und den dazwiſchen kommenden auch wohl gehlingen Todes-Fall das Jurament, als einer der höchſt præjudicirlichſten actuum ſchlechterdings würcklich geleiſtet angenommen werden ſolte/ Dahingegen es nicht allein zu Entdeckung der eigentlichen Bewandniß und Wahrheit dienet / ſondern auch denen Erben des defuncti nicht ſchaden kan / wenn dieſe der von jenen beſchehenen oblation ungeacht zum Juramento credulitatis angehalten würden.

## §. XXXIV.

Et fortaſſe ad hanc ſententiam, tanquam æquiorem, arripiendam Collegia Juridica impoſterum magis propenſa erunt, quod ut credam, efficit *præjudicium* Dnn. *Scab. Lipſ.* anno retro elapſo *in cauſa J. W. K. actoris contra The. G. reum ad Judic. Mercator. datum.* Scilicet reus actori ſuper exceptione Transactionis, lite pendente, exorta detulerat juramentum, lata ſuper reſponſione negativa interlocutoria de publicat. *d. 31. Mart. 1710.* actoris Mandatarius legitimo tempore, die nempe *14. April.* Principalem ad jurandum offerebat, Terminus a judice *die 30. dict. menſ.* præfigebatur; In termino Mandatarius excuſabat abſentiam actoris, quod morbo lethifero ægrotaret, producendo ad majorem fidem conciliandam atteſtatum Medici, eoque efficiebat, ut judex prorogaret terminum, interea temporis decedebat actor; hinc ejusdem vidua, ad quam ſucceſſio per ultimam voluntatem devoluta, implorabat judicem, ut declararet juramentum pro præſtito, reus acriter contradicebat, petendo potius juramentum pro deſerto pronunciari; quanquam vero id non obtineret, ſequebatur tamen ſententia, quæ publicabatur *d.*

*11. May 1711.* hujus tenoris: Daß ſo wohl Klägl. als Bekl. Suchen noch zur Zeit nicht ſtatt hat / ſondern jenes Principalin den ihrem verſtorbenen Ehemanne J. W. K. zuerkanndten Eyd geſtalten Sachen nach auf vorhergehenden Bekl. Principalin Eyd vor Gefärde / jedoch nur de credulitate nochmahls abzuſchweren ſchuldig. V. R. W.

§. XXXIIX.

Unicum ſubjiciam caſum, qui haud ita pridem coram eodem judicio Mercatorio Lipſienſi contigit, in cauſa J. C. B. contra H. W. D. S. Detulerat reus actori ſuper nonnullis articulis contrariæ ſuæ demonſtrationis juramentum, actoris Mandatarius peragebat legitimo modo oblationem, & principalem abſentem, junctis articulis, ſuper quibus jurandum, monuerat, ut ad proximas nundinas ad præſtationem realem ſe accingeret, at hic, literis acceptis, rem citius terminari poſſe perſvaſus, ſi ſtatim juraret, adibat judicem domicilii, ibique actualiter præſtabat juramentum, ſine omni tamen effectu. Si igitur interea mors actoris obtigiſſet, vix crederem, juramentum pro præſtito habitum fuiſſe; etenim in ſubſequenti ſententia Dnn. *Scab. Lipſ.* rejiciebatur actus iſte juratorius, & reiteratio coram judice cauſæ injungebatur.

Sed hic temporis penuria excluſus filum abrumpo; ſit immortali Numini pro conceſſis viribus laus & ſempiterna gloria.

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0048-5
DFG

99 A 6925

ULB Halle 3
002 546 892

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0049-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0050-6

3

Q. D. B. V.

DISPVTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS

DE

# IVRAMENTO HÆREDVM,

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

*SERENISSIMO PRINCIPE REGIO,*

**DN. FRIDERICO AVGVSTO,**

PRINCIPE REGIO ET ELECTORATVS SAX. HEREDE ETC. ETC.

*PRÆSIDE*

**IO. BALTHAS. WERNHERO, D.**

PANDECTAR. P. P. CVRIÆ PROVINC. CONSISTORII ECCLESIASTICI, SCABINATVS ET FACVLTATIS IVRIDICÆ ASSESSORE,

EIVSDEMQVE h. t. DECANO,

**PRO DIGNITATE DOCTORALI**

IN VTROQVE IVRE CAPESSENDA,

*AD D. XXII. FEBR. M DCC XII.*

PVBLICE VENTILANDAM PROPONET

**IOH. FRIEDERICVS LAMPE, Lipſ.**

*IN AVDITORIO MAIORI*

H. L. Q. C.

*VITEMBERGÆ,* PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166475-p0051-2